Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25884
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Et erat puer. et pater eius et mater mirantes super his quæ dicebantur de illo. et benedixit illis symeon. et dixit ad mariam matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam et resurrectionem multorum in israel. et in signum cui contradicetur. et tuam ipsius animam pertransibit gladius. ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat anna prophetissa filia phanuel de tribu aser: hæc processerat in diebus multis. et vixerat cum viro suo annis vii. a virginitate sua. Et hæc in vidua usque ad annos octoginta quatuor. qui non discedebat de templo ieiuniis et obsecrationibus seruiens die ac nocte: Et hæc ipsa hora superueniens ibat domino.